

5835 Ferentini in aedibus Aureliani de Andreis BOLD. Adhuc ibidem.

CAECILIO · OLYMPICO · AVO
ET · CATIAE · L · F · PRIMILLAE
M A T R I
IDEM · QVIRINALIS
5 QVINQVENNALIS

Recognovi. Pizzi apud Boldettium p. 451 (inde Mur. 683, 5); Hoare *class. tour* 1, 311; inscr. Ferentin. 1843 n. 9.

Scilicet Caecilius Quirinalis alii lapidi olim iuxta posito, patris opinor memoriae sacro, plenum nomen inscripserat, ad quem iam lectorem remittit.

5836 Ferentini nella casa di M. Augustino LIG. Giace nel foro ove si offeriscono all' incanto gli effetti di questa università RICCHI. In foro CIAL.

FLAVIAE · T · F
KARAE
SPLENDIDIS ♂

Ligorius Vat. 6034 f. 24' (inde Panvinius Vat. 6036 f. 108; Donius cod. Barb. p. 75). Non diversa videtur relata in collectaneis Giorgii ex schedis Capucini fratris Ambrosii Cialini saec. XVII editaque a Ricchio *uom. ill. de' Volsci* (1721) p. 128.

3 SPLENDIDISS Panv. — Hiatus signum adieci. — Cialini et Ricchi titulum ad Flaviam Domitillam Vespasiani uxorem trahunt, referentes sic:

Cialini:
FLAVIAE
FLAVII · F
INIMPTITAS

Ricchi:
FLAVIAE · F · F
· · · · ·
· · · · ·
· · · · ·

5837 Ferentini in arce antiqua, quae hodie episcopium sustinet, scripta extrinsecus in medio latere angustiore inter meridiem et occidentem, infra arcem ipsam, supra fundamenta eius. Inscriptionis versus prior incipit ab angulo aedificii inter meridiem et occidentem finitque ibi, ubi incipit n. 5838, totamque aedificii latitudinem cum occupet, quae superabat pars secundo versu addita est. — In arce Ferentinati POMP.; in turri arcis Ferentinatis POGG. PARM. CENN. similiterque ANTIQVI RELIQVI.

A · HIRTIVS · A · F · M · LOLLIVS · C · F · CES · FVNDAMENTA · MVROSQVE · AF · SOLO · FACIVNDA · COERAVE · EIDEMQVE · PROBAVERE · IN · TERRAM · FVNDAMENTVM · EST · PEDES · ALTVM · XXXIII · IN · TERRAM · AD
IDEM · EXEMPLVM · QVOD · SVpra · TERRAM · SILICI

Recognovi. Est in vol. I n. 1161 et in tabula Ritscheliana LXVIII D. 'Fuius Ferentinum . . . circum summitas montis cingitur muro lapideo: omnis qui murus adhuc extat solo tenus intrinsecus, extrinsecus vero multis in locis, praealtus et praeruptus . . . est praeterea turris quadrata ingens, cuius in duobus lateribus sunt litterae quas videbis . . . Fuit mihi summus labor legere has litteras . . . quae sunt in turri arcis, cum sint a visu remotae et magna ex parte consumptae vetustate' POGGIUS in epistula ad Nicolaum d. 11 Sept. 1428 (apud Tonellium l. 3 ep. 19 vol. 1 p. 219). Idem repetit paullo post (ep. 20 p. 220) addens: 'mirabantur accolae me id legere quod neminem meminerant legisse, cum dicerent eas esse litteras Graecas. Sed legendi cognoscendique laborem minuebant adolescentulae duae innuptae, quae tamen plus quam maturae erant, haud procul adstantes domi faventesque votis, in quas ego oculos fessus persaepe coniciebam, ut vice speculi fungerer ad recreandam aciem. Aspectus earum favorque multum profuit, et ne quicquam inhonesti suspiceris, hae sorores erant cuiusdam qui dudum fuerat librarius meus. Hic postea me domo accepit, ubi sorores circumstabant, non durum quendam aut inhumanum, sed iocantem confabulantemque, ut advenam non refugerent aut formidarent.' Plura similia addit epistula sequenti amici obiurgationibus respondens: 'neque infitabor; mallet quocumque in loco haec epigrammata transcribo, adstare mihi adolescentulas forma liberali quam bubalum amplis cornibus aut silvestrem taurum.' Inde posuit Poggius in syll. n. 83 (cod. Vat. 9152 f. 37; Rossi *le prime raccolte* p. 171; Henzen vol. VI p. XL), a quo sumpserunt antiqui plerique: Parmensis f. 103; Bononius Ott. 2967 f. 70 'ab eisdem [Cyriaci] exemplaribus'; Riccardianus 996 f. 33'; Cenninus f. 18; Angelicanus D. 4. 18 f. 12'; cod. Altemps. Chis. p. 2; Marcanova cod. Bern. n. 304, cod. Mut. f. 152; Ferrarinus Par. f. 125', Reg. f. 22'. 142; Redianus f. 129; Gudianus 253 f. 28'; Iucundus f. 174; Lilius f. 106; Sanutus f. 133; Alciatus Feae f. 19; Choler f. 67; Io. Bembus cod. Mon. f. 42; Peutinger cod. 527 f. 9. 65; Apianus 159, 1; Ach. Stadius cod. Vallic. f. 146; Pighius cod. Berol. f. 210 ex S. Crucis libro; Smetius ms. Neap. p. 10, ed. 7, 3 (inde Grut. 165, 3) ex libro quodam ms. ante annos LXX ab huiusmodi rerum studioso scripto; Macci 1 f. 290 ex libro quodam ms. Aliunde Pomponius Laetus apud Gammarum f. 73' n. 142 (inde Peutinger cod. 526 f. 16. 45'). Denuo ex lapide, imperfectam tamen descripsit Smetius l. c. et apud Waelscaplium f. 130 et Ligorium ms. Neap. 35 p. 264. Recentiores qui dederunt sunt Hoare *class. tour* 1, 309; Dionigia f. 14; Bunsen ann. inst. arch. 1834 p. 144; Marocco 5, 79; inscr. Ferentin. a. 1843 n. 5, 1; Henzen ann. 1851 p. 8; Garrucci *bull. arch. Napol.* N. S. 2, 36. Orelli 589.

Quae dignoscere non potui, distinxerem inclinatis. — HIPPIVS Poggius cum suis, nisi quod HIRTIVS habent Marcan. Ferr. (Reg. 142) Antiquus Smetii, HIRTIVS Pomponius de lapide, item San. Alc. Chol., sine dubio ex emendatione petita ex n. 5838; nam quae sequuntur ostendunt excepto Pomponiano omnia exempla Smetio anteriora pendere ab archetypo Poggiano. — CES ex antiquis Pomp. et Poggiani optimi (Vatic. Parm. Ricc. Cenn. Ang. San. Antiquus Smetii), CAES Red. Gud. 253 Alc. Chol. Bemb., ///CAES Ferr. (Par. Reg. 22), CAE Marcan., COS Iuc. Ap. Stat. Macci, om. Bonon. — PEDES · ALTVM lapis, PEDE · ALTVM Pomp., ALTVM · PEDES antiqui reliqui ante Dionigiam (quae tamen legit PEDES · LATVM) omnes. — SILICI lapis et Pomp., SILICE antiqui plerique, SEILICE Poggii cod. Vat. 9152, SCILICE Bemb., SILICET Iuc., SCILICET Red. Gud. 253 Antiquus Smetii in ed. (in ms. Neap. est SILICE), A SILICE San., om. Bonon. Ferr. (Paris. Reg. 22). — Quod excepit Smetius: //M · LOLLIVS · C · F · CES · FVNDAMENTA · MVROSQVE · E · SOLO · FACIVNDA · COERAV · EIDEMQ · PROBAVERE //, ad hoc exemplum rettuli, cum prius nomen in eo fere obliteratum sit.